Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36539
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



fragmenta ne pereant. Collegerunt
ergo et impleuerunt duodecim cophinos
fragmentorum ex quinque panibus hor
deaceis que superfuerunt his qui man
ducauerant. Illi autem homines cum uidi
sent quod fecerat signum dice
bant. Quia hic est uere propheta qui ue
nturus est in mundum. Ps. Iubilate
deo omnis terra. Quia bonus est psal
mus nomini eius quoniam
suauis est omnia quecumque fe
cit in celo et in
terra. Sc. Sacrificiis presentibus
domine quesumus intende placatus ut et
deuotioni nostre proficiant et salutem.
Co. Hierusalem que edificatur ut ciuitas
ciuis participatio eius in idipsum. Il
lic enim ascenderunt tribus tribus
domini testimonium ad confitendum nomini
tuo domine. Co. Da nobis
misericors ds ut sancta tua quibus incessanter explemur sin
ceris tractemus obsequiis et fideli se
p mente sumamus. Ps. Feria. II.
Deus in nomine tuo saluum
me fac et in uirtute tua iudica me. Deus
exaudi orationem meam. Quoniam alieni insurrexerunt in me et fo
Pra quesumus omnipotens ds ut obseruatio
nes sacras annua deuotione re
colentes et corpore tibi placeamus et
mente. Lectio libri regum.

In diebus illis uenerunt due mulie
res meretrices ad regem salomonem
steterunque coram eo. Quarum una
ait. Obsecro mi domine ego et mulier
hec habitabamus in domo una et
peperi apud eam in cubiculo. Ter
cia uero die postquam ego peperi pe
perit et hec. Et eramus simul nullus
que alius nobiscum in domo exceptis
nobis duabus. Mortuus est autem
filius mulieris huius quippe dor
miens quippe oppressit eum. Et
consurgens intempesta nocte
silentio tulit filium meum de la
tere meo ancille tue dormientis
et collocauit in sinu suo suum
autem qui erat mortuus posuit in
sinu meo. Quem diligenter mane
ens clara luce deprehendi non
esse meum quem genueram. Respon
dit que altera mulier. Non est ita
sed filius tuus mortuus est meus autem uiuit. Et contra ista
dicebat. Mentiris filius quip
pe meus uiuit et filius tuus
mortuus est. Atque in hoc modo
contendebant coram rege. Tunc
rex ait. Hec dicit filius mus ui
uit et filius tuus mortuus est.
Et ista respondit non. Sed filius
tuus mortuus est mus autem
uiuit. Dixit ergo rex. Afferte
michi gladium. Cumque attulis